



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

Alivd Decretvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

ANNO
CHRISTI
656.

* domo
fan po-
nitre
foliati
ne quo-
doque
poten-
te

* Viuidis * & exper-
tia ef-
se iudi-
cantum
compro-
batur, &
iusti sum-
ma iudi-
cii ple-
nior in-
veniuntur.
Ideo me-
tis inten-
tionem
orisque
simul stu-
dium dedu-
cetes, ag-
nitio[n]e
audiendi
negotii

ALIVD DECRETVM.

DIUTINIS tractationibus inueniri quod iustum est,
* vt experientia est iudicantium comprobatur, ita
& iuxta summi iudicij statuta plenior inuenitur aucto-
ritas. Ideo mentis intentione, orisque simul, studia de-
ducentes in cognitionem audiendi negotii, delatum est
ad nos in conuentu sancti Concilii, ex directo glorio-
si domini nostri Reccesuinthi regis, per illustrem Vvam-
banem, testamentum gloriosæ memoriae S. Martini ec-
clesiæ Bracarenſis episcopi, qui & Dumiense monaste-
rium viſus est construxisse; vt reſerato eo quid hic me-
moratus beatissimus vir decreuifset nostræ cognitioni
patesceret. Quo testamento in omnium Conuentu re-
lecto, comperimus ex ordine a memorato principe ad
nos esse directum: quoniam idem gloriosæ memoriae
sanctissimus vir decreuerat, vt succendentibus per ordi-
nem regibus, ad complementum eius ipsius testamen-
ti constitutio commendata maneret. Tunc deinde illa-
tum est nobis testamentum Recimiri memoratae ecclæ-
ſiæ Dumensis episcopi, quod de rebus suis in eadem ec-
clesia decreuerat examinatione veridica dirimendum.

Subſcribit
in VII. To-
let. numero
septimus.

* relato
* quod
* adſtru-
cum
* vniuer-
ſa ſpe-
ciei, ge-
ni, &
corporis
rem, qua
* dono
* & ex
* prou-
fione
* Edidif-
fe

Quo * relecto cognouimus eumdem auctorem suum il-
lic diuersæ constitutionis edidisse conditiones: inter quas
vnam validam conatus est religatione constringere, de-
putans & illationes tributorum, & precia frugum absque
aliqua diminutione annua vice pauperibus erogari, nihil
que esse absque deliberatione relictū, * quo vſibus ecclæ-
ſiæ poffit quadam liberalitate feruire. Tunc ex voce par-
tis Dumensis ecclæſiæ * aſtrictum est, quod * vniuersas
species generis & corporis rerum, qua in eiusdem ecclæ-
ſiæ * domo intrinſecus ad vſus domesticos * ex tēpore ſuæ
ordinationis idem episcopus Recimirus inuenit, & qua
ipſe aut de opere vtriusque ſexus artificum familiarum
ecclesiæ potuit habere confeſta, atque illata, aut qua sua
professione habuiffe viſus est conquisita, omnia moriens
iuffiſſet pauperibus erogari. Quædam vero ita vili precio
vendi ordinaffe, vt negotiatio earū rerum perditio potius
quam mercatio cenſeretur. * Addidiffe quoque quosdam
liberos ex eiusdem ecclæſiæ familiis, quibus etiam cum

Concil. Tom. 15.

Fff ij

aliis ad se pertinentibus omnibus, amplius quam quin-
quaginta reperitur vtriusque sexus dedisse mancipia. Qui-
bus damnis ita cognitis, quia & cuncta remedia intrin-
secus domus tam indiscrete largita fuerant, ne quid ad
* integritatem ecclesiae reliquum superesset, cum nulla * digni-
tatem
imminens causa pauperum necessitatis existeret, * qua
hoc tam integre & perfecte examissim erogari depo-
siceret, atque pro libertis illis nihil secundum canonicam
sanctionem datum in commutationem patesceret; sed
nec pro mancipiis, & reliquis rebus eisdem libertis col-
latis, aliquid in representationem ecclesiae relictum no-
tesceret: verum & suam rem ita in nomine pauperum
relegasset, ne aliquid remedii ex hoc ecclesiasticus vsus
attingeret, ducti sumus, tam rationis intuitu, quam pa-
ternarum sanctionum editio, ipsius testamenti seriem,
etsi non vsquequaque * in irritum deuocare, in quod-
dam tamen, rationabili auctoritate, temperamentum
deducere: scilicet, quia tantorum dispendiorum dam-
nis, a memorato Recimiro episcopo factis, res eccl-
esiastica dignoscitur subiacere, omnis res eius, quam in-
de * legatam reliquit pauperum nomini, tamdiu Du- * alliga-
mensi ecclesiae plena deseruiat facultate, donec omne
hoc damnum, quod in vtenilibus domus sustinuit, va-
leat euidentius reparari, ac tunc, completa restitutio-
ne damni, obseruetur, sicut decreta est, series testamen-
ti. Liberti vero, qui ex familiis ecclesiae facti sunt, & seu
res vniuersa, quæ in mancipiis, aliisque corporibus,
* vel illis suis hominibus collata esse dignoscitur, cuncta * vel illis
in discretione venerabilis fratris nostri Fructuosi episcopi
disponenda relinquimus: vt quia hæc euidens ordo pa-
trum in irritum deuocat, illius temperamentum hæc ad
miserationem adducat, qualiter nec regulam paternam
modus excedat, & miseracionem seueritas non extinguat:
vt secundum merita seruientium, & libertatis præmia, &
rerum donaria, vel subtrahat, vel concedat. Editum sub
die Kalendarum Decembris, anno feliciter octauo regni
gloriosissimi domini nostri Reccesuinthi regis.

Eugenius indignus metropolitanus Toletanæ sedis episcopus
hoc iudicii nostri decretum subscripsi.

Similiter & alii episcopi subscripterunt numero viginti.